



1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.



1716

1. Vitmarus, Justus Christophorus: *Historia comitatus Teisterbant.*
2. Vitmarus, Justus Christophorus: *De foederibus cum diversae atque nullius religionis populis*
3. Reinoldus, Bernardus Henricus: *Observationes interpretationi Codicis praemissae.*
4. Reinoldus, Bernardus Henricus: *Ad legem XXX § 6. 3. de adquirenda vel amittenda hereditate.*
5. Reinoldus, Bernardus Henricus: *Ad legem XXVII C. de inefficacis testamento*

1717.

1. Coecejus, Henricus, de: *Quae sit gemina resolutio contra-veniae, circa causas exhereditationis liberorum.*
2. Coecejus, Henricus, : *De liberis, qui partem et numerum faciunt.*
3. Coecejus, Henricus, de: *De potestate judiciali in ficto Dominio.*

1717.

4. Reinoldus, Bern. Hur. : Ad Senatus Consultum
Macedonianum

1718.

Coccejus, Huricus : De fideicommissis familiaribus
a manu heredem non capiendis

1719.

1. Bergen, Joh. Georg, a : De vertigine ex ventriculo.
2. Dithmarus, Justus Christophorus : De origine juris publici
Germanici.
3. Dithmarus, Justus Christophorus : De anno decretorio
exercitii ubique et religionis in Germania
4. Koldhorstius, Michael : De potestate maritali juris civilis
hanc cognita.
5. Plesmannus, Huricus Simon : De eo, quod justum est,
circa inquisitionem variantem
6. Plesmannus, Huricus Simon : De transactionibus imputatis

HISTORIA
COMITATUS
TEISTERLIANT,

Quam
PRÆSIDE
JUSTO CHRISTOPHORO
DILLMARE,

HISTORIARUM ET POLITICARUM
PROFESSORE ORDINARIO


in Academia Martiana Magica

in Augusta Martiana Martiana

publico Professori

DIONYSII DE KLEIN,

1785



SEMPER PARATI

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



1716,1
M

HISTORIA COMITATUS TEISTERBANT,

Quam
PRÆSIDE
JUSTO CHRISTOPHORO
DITHMARO,

HISTORIARUM ET POLITICES
PROFESSORE ORDINARIO

AD DIEM XI. SEPTEMBRIS MDCCXVI.

In Auditorio Majori horis solitis
publico Examini exponet

DIONYSIUS de KLEIST,
Eques Pomeranus.



FRANCOFURTI CIS VIADRUM,
STANNO TOBLÆ SCHWARTZII.

HISTORIA
COMITATUS
THESSALICENSIS
LUDOVICO
PRÆSIDENTI
IUSTO CHRISTOPHORO

DITMARE
HISTORIARUM ET POLITICARUM
PROFESSORE ORDINARIO
IN ACADEMIA THESSALICENSIS
DIONYSIUS DE REBIS



FACTORI SUI AERARII COLONIE

STANNO TORNE SCHWARTZII
PLANOPIUM DE VINDOBIA



VIRO
REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO
AC EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
DN. MARQVARDO
LUDOVICO,
LIBERO BARONI de PRINTZEN,
AUGUSTISSIMI PRUSSORUM REGIS
SUPREMO AULÆ MARESCHALLO, MINISTRO
STATUS INTIMO,
PRUSSICI NIGRÆ AQUILÆ ORDINIS EQUITI,
REGIÆ ARCIS PRÆFECTO,
CONSISTORII, FEUDALIIUM & ECCLESIASTICARUM
RERUM, REGIÆQUE SCIENTIARUM SOCIETATIS
PRÆSIDI ac DIRECTORI,
nec non
ACADEMIARUM OMNIUM CURATORI, CAPITA-
NEO COMITATUS RUPPINENSIS, AGRICOLÆ
BELLINENSIS,
CANONICO TEMPLI CATHEDRALIS MAGDEBURGENSIS,
DOMINO HEREDITARIO IN CARO
&c. &c. &c.

FAUTORI SUO ÆTERNUM COLENDO.

Illustrissime Domine



Um in tam laboriosa & exercita statione sis collocatus, ut gravissimarum rerum onera Tibi incumbant, eundemque laboris & curæ, quem reverentiæ & dignitatis locum teneas; haud immerito vereor, ne in publica peccem commoda, hos Tibi offerendo primos studiorum meorum Academicorum fructus. Sicut autem

tem in ampla illa ac illustri dignitate nihil habes amplius, quam quod possis, nihil illustrius, quam quod velis fovere optimarum artium cultores: ita hic Tuus in litteratos favor signum quasi aliquod mihi sustulit ad sperandum, paratam apud Te fore audaciae meae veniam. Neque enim alio potui testari monumento quantum Tibi, Illustrissime Domine, debeam, utpote, cujus ad provehenda studia mea eximium quendam expertus sum in me favorem, qui etiam eo majores mihi stimulos addit, ut alacriter in studiorum curriculo pergam. Suscipe ergo benigna manu, in grati animi documentum, hoc quicquid est muneris mei, quando majus quicquam offerre Tibi nequeo, sicut & rustici olim, qui thura non habebant, lacte Diis suis supplicabant. Servet interim Supremum Numen quam diutissime saluum Te ac incolumem, quo ex consiliis Tuis, quibus pro salute publica excubas, majora subinde in patriam redundant emo-

) 2

lumen-

lumenta, seruetque Tibi animum istum con-
servandi bonis litteris decus atque nitorem
suum: Servet & Illustrem Familiam Tuam
perenni felicitate florentem, quo splendor
ejus majoribus in dies accessionibus augeatur.
Hæc precatur

ILLUSTRISSIMI NOMINIS
TUI

Cultor perpetuus

Dionysius de Kleist,



HISTORIA COMITATUS TEISTERBANT.

§. I.



QVum Comitatus Teisterbant, dum
Teschemacheri Annalium Clivenfi-
um, Juliacensium, Montensium, Mar-
canorum &c. nova editione occupa-
ti sumus, atq; ad illorum illustrationem
ceteros Germaniæ inferioris scripto-
res sedulo conferimus, frequens occurrat mentio,
quam potest fieri, succincte eum nunc describere lubet.
Etsi enim Comitatus iste jam dudum desierit, ut
tamen rursus investigetur, atq; penitus consideretur, ope-
ræ prærium duximus; quod non in Geographia solum &
Historia extinctorum quoq; Comitatum propter re-
rum nexum ratio haberi debeat, sed & ipsorum noti-
tia in Jure Publico maxime sit necessaria, quippe cum
ex modo demum, quo desierunt, appareat, quo jure,
vel injuria in aliorum pervenerint manus, atq; pote-
statem, qui eos nunc possident, redacti fuerint. Ac-
cedit, quod e pristinis Comitibus Teisterbantinis mul-
tæ illustres Familiæ suam arcessant originem, quæ ve-
ro,

A

ro, nisi ad ipsos simul Comites Teisterbantinos respiciatur, obscura manet. Præcipue deniq; nos impulit, ut in Comitatum Teisterbantiæ nunc inquireremus, quod in ejus tum situ, tum limitibus describendis alios hæsitare, alios vero multum aberrare videamus, a quorum propterea erroribus, ut genuinis suis finibus eum vindicemus, impræsentiarum quoq; adlaborabimus.

§. II.

Prima, quantum nobis constat, Comitatus Teisterbantiæ mentio fit in divisione, quam inter filios suos Lotharium & Carolum Calvum Ludovicus Pius fecit, quam ANNAL. BERTIN. ad annum 839. his verbis referunt: *Imperator descriptione Regni sui equalibus pene partibus discreta, optionem Lothario, quam earum mallet, offerre non dedignatus est, cujus divisionis formula ita se habuit: Quarum altera, Regnum Italia, partemq; Burgundia, id est, Vallem Augustanam, Comitatum Vallisiorum, Comitatum Waldensem, usq; ad mare Rbodani, ac deinde Orientalem & Aquilonarem Rbodani partem usq; ad Comitatum Lugdunensium. Comitatum Sucdingium, Comitatum Wirasorum, Comitatum Portisiorum, Comitatum Suendisiorum, Comitatum Calmontensium, Ducatum Mosellicorum, Comitatum Arduennensium, Comitatum Condorustlo, inde per cursum Mosæ usq; in mare, Ducatum Ribuariorum, Worxmazfelda, Spirobgonvvi, Ducatum Helisatie, Ducatum Alamannia, Curiam. Ducatum Austrasiorum Sunalafelda & Norego Wiechesh, Ducatum Turingobaa cum Marchiis suis, Regnum Saxonia cum Marchiis suis, Ducatum Frisia usq; ad Mosam, Comitatum Hamarlant, Comitatum*

Bata-

Batavorum, COMITATUM TESTRABENTICUM, Dorestado. *Alteram partem Burgundia, id est Comitatum Genovesem Comitatum Lugdunensem, Comitatum Cavallonensem, Comitatum Amaus, Comitatum Haluariorum, Comitatum Lingonicum, Comitatum Tullensium.* Postea ejus meminit vetustissima charta divisionis Lotharingæ inter Ludovicum Germanicum & Carolum Calvum anno DCCC-LXX. factæ, qua COMITATUS TESTREBANT Ludov. Germanico obvenisse scribitur *Vid. infra.* In ejusdem quoque divisionis historia ejus Comitatus iterum meminerunt Annales Bertiniani ad *cit. a. &*, quæ ex illis desumpta est, Appendix ad Aimoini Res gestas Francorum apud Freherum in *Corp. Hist. Franc.* p. 482. Illustris Obrechtus in *Prodromo Rev. Alsat.* p. 76. loco TESTREBANT legit COMMENTESTEBANT, nomine procul dubio operarum inscitia corrupto ex vocibus COMITATUS & TESTEBANT in unum contractis. Ipsi enim Annales Bertiniani & appendix Aimoini, unde tamen Obrechtus partes ejus divisionis refert, satis distincte COMITATUS TESTEBANT mentionem faciunt. Annales quidem MSCti, quos habeo, Averdorpientes (ita Teschenmacherus in Syllabo Auctorum, quibus in Annalibus Cliviæ, Juliæ &c. conscribendis usus fuit, eos vocat, rectius vero Honfelerianos appellari, in editione illorum Annalium, qua occupati nunc sumus, monebimus) jam ad annum 695. commemorant, quod S. Suibertus *Comitatum Teisterbantia, Bataviamq; Apostolorum more evangelizando & curando ubiq; infirmos percurrrens universos ad Christi converterit fidem.* Sed Auctor horum Annalium paulo recentior est.

§. III.

Solet autem Comitatus Teisterbantiae PAGUS quoq; appellari. Ita Henricus II. Imperator in diplomate apud WILHELMUM HEDAM in *Hist. Episc. Ultraj.* p. 100. Ecclesiae Traiectensi inter alia confirmat *quicquid in Villa Bomele ad publicum Bannum sive Districtum pertinere visum est, in Comitatu Wrochi Comitum in PAGO Teisterbant.* Anfridus quoq; Episcopus Traiectensis, qui ipse Comes fuit Teisterbantiae, in diplomate apud eundem Scriptorem p. 106. *Fratribus Cellule in loco Hobersta, ut in Dei servitio iste locus firmitus possit esse stabilitus, tradidit, quod visus fuit habere in Villa Thirle in PAGO Teisterbantensi.* Nimirum quia COMITATUS & PAGI, in quos Regnum Francorum erat divisum, promiscue ut plurimum accipiebantur, atq; PAGENSES dicebantur, quibus COMITES praeerant, tanquam relata invicem. Sic in Capitulari Caroli M. anno 811. c. 6. dicunt Comites, *quod alii eorum PAGENSES non illis obedirent & cap. 8. Quod super omnia magis fierent inobedientes ipsi PAGENSES Comiti.* In Capitulari Ludovici Pii. Anno 829. cap. II. Comitibus injungitur, *ut reddant rationem de suis PAGENSIBUS.* Nonnunquam tamen in uno Pago plures erant Comitatus, ut in PAGO AVENTICENSI, de quo FREDEGARIUS Scholast. in Chron. cap. 37. *His, scribit, diebus & Alamanni in Pago Aventicensi Ultrajuranum hostiliter ingressi sunt, ipsi Pagum praedantur, APPELLINUS & ERPINUS COMITES cum CETERIS de ipso Pago COMITIBUS cum exercitu pergunt obviam Alamannis.* Ejusmodi quoq; Pagus

Pagus fuit **TEISTERBANTINUS**, quippe pluribus quoq; Comitatus distinctus. Etenim erat in illo **COMITATUS WROCHI**, cujus mentio fit in diplomate Henrici II. Imp. supra commemorato. Alium insuper Comitatum in eodem Pago Teisterbantiaë **Conradus II. Imperator Ecclesie Traiectensi** donasse legitur in diplomate apud **WILHELMUM HEDAM** p. 114. Ubi *Ceterum*, inquit Imperator ille, *ne nostra voluntas verbis inhereat, notum fieri volumus omnibus in Christo fidelibus, presentibus scilicet atq; post venientibus, qualiter nos interveniu ac petitione dilectæ Conjugis nostræ, videlicet Gisela, nec non familiarium nostrorum Arionis Archi Episcopi Moguntinensis & Adelboldi Episcopi Traiectensis Ecclesie, COMITATUM IN TEISTERBANT situm ad Traiectum s. Martino & ejusdem sedis Episcopo suisq; successoribus post futuris cum omni utilitate, quæ pertinet ad eundem Comitatum perpetualiter habendum tradimus, ea videlicet ratione, ut nullus post hac in illo Comitatu potestatem aliquam exerceat, extra Præfatis prescripti licenciam; qua sibi totum concessimus, quicquid utilitatis in illo habuimus.* Equidem **PONTANUS** haud dubie ad hoc **Conradi** diploma respiciens, totum ita Teisterbantiaë Comitatum Ecclesie Traiectensi donarum fuisse, in *Hist. Geldria* lib. V. p. 79. His verbis innuere videtur: *Biennio circiter elapso ipse Imperator Conradus TEISTERBANTII COMITATUM eidem Dno Martino in solidum concessit cum emolumentis omnibus, addita lege, ne cui deinceps in eum juris quid esset vel potestatis abq; Imperatoris scito, voluntate, consensu.* Verum præterquam, quod in memorata charta non univèrsus Comitatus Teisterbantensis, sed conceptis verbis **Comita-**

tus in *Teisterbant situs*, adeoq; pars ejus tantum Ecclesiæ Trajectensi tradatur, totus Teisterbantia Pagus ibi intelligi nequit, quippe in quo jam Civitatem Thielam ex donatione Ottonis I. apud Hedam p. 86. Ecclesia Trajectensis possidebat, præter alia multa, quæ Anfridus Episcopus Trajectensis, e Comitibus Teisterbantinis ortus, sub Ottone III. & Henrico II. Imperatoribus eidem Ecclesiæ jam autem donaverat.

§. IV.

Quod ad nomen TEISTERBANT attinet e vobis bant / qua Lingua Batavorum *Campus* vel *Regio* designari solet, & *Heyster* / qua eadem dialecto *Quercus* appellatur, id compositum esse existimat FURMERIUS in *Annal. Frisic.* cap. 7. Ea præcipue ratione inductus, quod radices arborum e terra istius tractus magna copia effossæ suo tempore fuerint. Furmerio ad stipulatur TESCHENMACHERUS *Annal. Cliv. part. I. p. 183.* Ubi *Teisterbandia*, scribit, a *quercubus* appellationem sortitur, ut *Bernh. Furmerius* existimat; *Heister* enim lingua vernacula populi Batavi *quercum*, *Bant* campum denotat, quibus in unum compositis, addita præpositione *the* per *Synthesin Theisterbant* | quasi dicas, *querquetulanum*, efficies, quod etiam trunci sub terra occultati, qui subinde in illo tractu effodiuntur, atq; in *Dordrecht* astuario vicus nomine *Heisterbach* | nunc fluctibus oppressus, oppidum deniq; *Worcumium*, olim *Woudrich. mum* i. e. fundus *sylvestris* indicant. Verum cum, quercus magis in aridis locis, quam paludosa terra, cujusmodi est ista Regio, crescere soleant, inventas illas radices aliarum potius arborum, inundationibus variis,

riis, quæ in Batavia maxime circa annos 955. & 1073. acciderunt, vid. PONTANUS in *Hist. Geldria* p. 56. n2. everfarum, esse crediderim, atq; cum Schlichtenhorshtio lib. 1. §. 86. *van de Gelderffe Geschiedenissen* existimaverim, duas priores syllabas *Teister* in voce *Teisterbant* corruptas esse e voce *Wester*, dictamq; illam Regionem olim fuisse *'t Westerland*, fractum *Occidentalem*, respectu vicinæ Regionis, quæ Orientalis appellata fuerit, eadem ratione, qua Regnum Francorum in *Neustriam* s. *Westenreich* & *Austrasiam*, *Destenreich* Westphali in *Oost* & *Westfalen*, ipsaq; *Frisia*, cum ad *Mosam* fere olim se extenderet, & *Teisterbantæ* partem comprehenderet, in *Oostergovv* & *Westergovv*, fuerit divisa.

§. V.

Majoris momenti, nec extra controversiam posita res est, ubi Comitatus *TEISTERBANT* situs fuerit. *JANUS* enim *DOUSA* lib. 8. *Annal.* p. 390. *Teisterbantiam* eandem ait esse cum *Toxandria*, in qua sententia *AUBERTUS* quoq; *MIRÆUS* fuisse videtur, dum in *Diplomatibus Belgicis* Lib. 1. No. LII. *Diploma* refert, quo *FOLCOLDUS* *Tessandriæ* Comes & *Bernæ* Dominus *Abbatiam Bernensem* s. *Insula S. Mariæ*, vulgo *Marienwerd* consensu *Episcopi Trajectensis* instituit, eidemq; *Bernam* cum omnibus suis *appertinentiis* *Maesmond* quoq; cum omnibus suis *attinentiis*, nec non *Erthepe*, quæ est in *TESSANDRIA*, aliaq; tradit; in indice vero *Capitum* ejusdem libri No. 52. *FOLCOLDUM* hunc *TEISTERBANTIÆ* Comitum appellat. Ejusdem opinionis est *Cl. Vir VALENT. ERNEST. LÖSCHERUS*

CHERUS, qui in tabula Geographica, quam introdu-
ctioni suæ in Historiam mediæ ævi post pag. 104. infe-
ruit, TESTREBANT P. trans Mosam atq; in tractu
Toxandriæ collocat; sed insigni errore id fieri, quod
pace istorum Virorum mihi dicere liceat, constabit, si in
utriusq; Comitatus situm penitus inquiramus.

§. VI.

Taxandriæ primum meminit AMM. MAR-
CELLINUS lib. 17. p. m. 108. Ubi *Francos Salios in Ro-
mano solo apud Toxandriam locum habitacula sibi figere preli-
center ausos fuisse*, commemorat. Ubi vero Taxandriæ
hoc oppidum, a quo tota procul dubio Regio nomen
accepit, quærendum sit, an in Selandia, quod Cluve-
rius l. 2. c. 29. A. G. putat, an in citerioribus terris, hæ-
sitat MENSIO ALTINGIUS in *Notitia Germ. inf.* p. 122.
BROWERUS vero ad Venantii Fortunati lib. 3. Carm.
XII. TOXANDRIAM Episcopatus Leodensis & Bra-
bantia finitimam fuisse Regionem scribit: *Toxandria,
vel ut posteri appellarunt, Taxandria Leodisibus & Brabantia
finitima olim fuit Regio, cujus appellationis vestigia etiamnum
manent. Sunt qui S. Trudonis Oppidum vicinamq; solum pro
ipso Taxandria capite usurpant. Sed minime fallunt, qui in
Tessenderlo pago Leodica ditionis extremo baud procul Diesta,
non obscuro Brabantia oppido, ostendunt imaginem sedium, ap-
reç; LO particula quadrat, que loca alta ac in palude sita notat,
ceu diceret Taxandrorum palustris cujusmodi compositio est in
venlo, Borkele Beverlo. HADRIANUS quoq; VALESIUS
Taxandriam inde a Trajecto ad Mosam, vulgo Mas-
tricht/usq; ad Mosæ & Vahalidis fere confluentes sese exten-
disse*

diffe existimat in *Notit. Gall. p. 558.* Recte omnino, ut quoq; liquet ex Diplomate Ottonis II. apud AUB. MIRÆUM in *Notit. Eccles. Belg. c. 66.* DOUSAM *Annal. lib. 8. & Matthæum de Nobilitate p. 86.* in quo *Norrevick & Tegeem* Gandensibus Monachis ab illo Imperatore conceduntur, atq; sita dicuntur in PAGO TESSANDRIÆ. At vero hi vici hodie adhuc non procul pago *Tessanderlo* prope oppidum Herentals in Campinia Brabantia, vulgo de Kempen, supersunt. Ipse quoq; AUBERTUS MIRÆUS Taxandriam in notat. ad *Dipl. LII. lib. 1. Dipl. Belg. p. m. 105.* ita describit: *Tessandria s. Taxandria nunc Peelandt, cum vicino tractu Campania Brabantina & Leodicensis. Hinc Tessenderlo amplum municipium in Brabantia & Leodicensis agri confinibus, secundo lapide a Diesthemio oppido situm.*

§. VII.

Comitatum vero Teisterbantia longe diversum, atq; cis Mosam fuisse situm, e divisione Lotharingia inter Ludovicum Germanicum & Carolum Calvum anno DCCCLXX. facta evidentissime constat, quippe qua Lotharingia in duas partes juxta longitudinem, fuit divisa, ita ut pars, quæ trans Mosam erat, atq; Comitatum TOXANDRIÆ quoq; continebat, Carolo Calvo relicta fuerit, altera vero cis Mosam, qua & Comitatus Teisterbant comprehendebatur, Ludovico Germanico cesserit. Chartam ejus divisionis vetustissimam Pithoeus XII. *Cortan. Script.* post Nithardi Historiam inferuit, unde in rem nostram hæc nunc decerpere conducet:

munim

B

Anno

Anno incarnationis dominica 870. Regn. Karoli 33. In-
 dict. III. VI. Id. Aug. fuit hac divisio Regni facta in Procaspide
 super fluvium Mosam inter gloriosos Reges Karolum &
 H. Ludovicum. Ludovicus accepit Coloniam, Treviros, Utrecht,
 Strasburch, Basulam Abbatiam Silvestre, Berch. Niu Monaste-
 rium, Castellum, Indam, S. Maximini, Epternacum, Horream,
 Sancti Gangulsi, Faverniacum, Lucoviam, Luteram, Balmam,
 Offonis Villam, Meyeni, Monasterium, Sancti Deodati, Bodonis
 Monasterium, Stidagium, Romerici Montem, Morbach, Sancti
 Gregorii Mauri Monaster, Eboresheim, Homouna, Masonis M-
 nasterium, Homburg, Sancti Stephani, Stratsburch, Erenstein,
 Sancti Ursi in Salodoro, Grandivallem, Altam Petram, Justini-
 nam, Vallem Clusa, Castellum Carnones, Heribodesheim, Abb.
 de Aquis, Hoenchirche, August cirche COM. TRESTE-
 BANT (in margine legitur TESTERBANT) Ba-
 tua &c.

Hec est divisio, quam Carolus de eodem Regno sibi acce-
 pit, Lugdunum, Vesontium, Viennam, Tungris Tullum Viridu-
 num, Cameracum, Vivarias, Uetia, Montem Falcouis, Sancti
 Michaelis, Culdisi Monasterium, Sancta Maria in Bisinciano,
 Sancti Martini in eodem loco, Sancta Augustii, Sancti Marcelli,
 Sancti Laurentii, Leudensi, Sennonem, Abb. Mellam, Molbari-
 um, Laubias, Sancti Gauderici Sancti Salvii, Crispiano, Fossas,
 Marillas, Hunulcort, Sancti Gervasi, Maalinas, Ledi Samnia-
 cum, Antoninum, Condatum, Merrebecch., Ticlininni, Luitosa,
 Calmontis, Sancta Maria in Deonant, Echa, Andana, Vuasoi,
 Altum Montem, COMITATUM TEXANDRUM. E-
 andem divisionem ex Annalibus Bertinianis ad annum
 DCCLXX. & Aimoini appendice integram exhibet
 ill. OBRECHTUS Prodromo Rer. Alsac. c. 6. p. 60. no-
 minum

minum vero propriorum scriptura paulo diversam a
Pithœana recensione.

§. VIII.

Quibus autem finibus Teisterbantiæ Pagus fuerit
circumscribitus, & quas comprehenderit ditiones, in-
dagandum nunc erit. SNOYUS Rer. Batav. l. 1. p. 9.
Betua, inquit, peninsula est, jam pars Geldriæ, olim Teister-
bantiæ Comitatus subjacebat. JOH. a LEIDIS lib. 4.
Hist. cap. 12. COMITATUS vero TEISTERBAN-
TIÆ continebat in se *Bommelrevvaert, Tielrevvaert &*
terras de Arkel, de Heusden, de Haltena, de Vianen, de
Culenburch, Buren usque ad antiquam Mosam. PON-
TANUS Hist. Geldricæ lib. 4. p. 53., ubi divisionem
ditionum paternarum inter fratres Eberhardum &
Robertum Balduini VII. Cliviæ & Teisterbantiæ Comi-
tis filios factam describit, *Accepit, narrat, ab Eberhardo in*
partem hereditatis Robertus Comitatum Teisterbantiæ, qui non
solum insulam Bomeliam & Thielervertam, ditionesq., que
deinceps Heusdania, Arulea, Altenaensis, Vianensis, Culenbur-
gensis & Burana audire cœperunt, complectebatur, verum eti-
am quicquid ab Lecca, Linga, ad veteris usq. Mosæ Alveum
continetur. Addit TESCHENMACHERUS *Worcumien-*
ensem & Gorcumiensem tractum his verbis: Comprebendit
autem Comitatus Teisterbanticus olim insulas Tielanam, &
Bommeliensem, ditiones Worcumiensem & Gorcumiensem, He-
usdanam, Herculeam, Altenanensem, Culenburgiam, Viannen-
sem, ac quidquid a Lecca (obstructione Rheni ad Cattorum vi-
cum in litore Rheni, ob quam ostium ejus medium postea exa-
rruit, ita dicta) Linga itidem, olim fossa longa seu Corbulonis
appellata

appellata ad Veteris Mosæ, Rhenig. alveum continebatur. Con-
venit quoque cum his SCHLICHTENHORSTIUS
in *Hist. Geldr.* lib. 1. p. 48. Binnen en - teyndens de Gels-
dersche Betouw was in den Verleeden tyd in Grot-
achtin het Grasschap von Teysterband t'welck onder de
Franse Konigen meer dan 100. Jaeren vor de tyden
van Karel den Grooten werd opgehaelt ende de Diel-
se en Bommelse weerden / het Gebied van Bor-
fum / Altena, Heusden, Urckel / Vijanen / Kulenburgh /
Büeren / ende dien gantsen Landstreeck / die daer ist van
de Leef en Linghe tot an den ouden Maes in syn beesen
begreep. *Accuratissime ergo a Perillustri Viro a Coc-
cejus Teisterbantiæ situs describitur, dum in Tabula
Geographica, cujus in monitis ad Juris Prudentiam,
publicam §. 3. spem fecit, ut ederetur, implere autem,
propter continuas ac gravissimas occupationes pub-
licas, quod dolemus, hætenus impeditus fuit, inter
Leccam & Mosam, pauloque ultra, eam collocat.*

§. IX.

Veluam quidem Comitatus Teisterbantiæ par-
tem quoq; fuisse, existimat BROWERUS ad vitam
S. Meinverci n. 4. & ANT. MATTHÆUS de No-
bilitate p. 207. putatq; posterior, id innuere formulam,
qua Conradus II. in Diplomate *supra cit.* & Henricus
IV. in suis codicillis *ibid.* COMITATUM in TEISTER-
BANT Diœcesi Trajectensi tradunt, respectu videli-
cet VELUÆ, partis Teisterbantiæ, quæ demum po-
stea Henrici IV. donatione eidem Diœcesi obvenerit.
Inde quoq; controversiam de Velua inter Episcopum Traje-
Traje-

Trajectensem & Ducem Lotharingæ Friderici II. tempore forsan ortam fuisse suspicatur, Episcopo contendente, Veluam una cum Teisterbantia Diœcesi suæ traditam, a Duce Lotharingæ feudi tantum nomine teneri, nec absq; Episcopi consensu alienari potuisse. Hæsitat tamen & dubius manet uterq;. Nobis firma stat sententia, quam supra exposuimus, Pagum Teisterbantia plures minores Comitatus olim comprehendisse, atq; horum unum per Comitatum in Teisterbant designari, adhuc existimamus. Forte autem Comitatus UNROCHI sive UROCHI is fuit, quipq; quem Conradus II. integrum tradit Trajectensi Diœcesi, cum Otto III. quædam ex illo Comitatu jam antea eidem concessisset. Verba hujus sunt in diplomate apud Hedam p. 95. *Omnem districtum super villam Bomle, & super cuncta, quæ ad eandem villam pertinent, videlicet publica rei subiecta. Teloneum, moneta, & negotium generale fermentata cerevisia, quod vulgo Grutt nuncupatur, imo quicquid in jam dicta villa ad publicum bannum sive districtum pertinere visum est in COMITATU UNROCHI in Pago Teisterbantia dicto, situm, atq; eundem districtum cum moneta, banno & teloneo & totius publicæ rei functione.* Quod vero ad Matthæi conjecturam attinet, de jure, quod Episcopus Trajectensis in Veluam se habere prætendit, atq; controversia hinc orta, ipse Vir clarissimus & rerum gestarum alias peritissimus, incertam agnoscit, neq; ullus veterum æque ac recentiorum, quos supra citavimus, Scriptorum, Veluam Teisterbantia partem unquam fuisse, memorant, finesq; potius Teisterbantia Leccam statuunt ad unum omnes.

§. X.

Comites Teisterbantinos jam inde a Seculo VII. sibi invicem hereditario jure successisse, atque Comitibus Clivenfibus, Marcanis, Montensibus, Dynastis quoque Heusdanis, Culemburgicis, aliisque; originem dedisse, tradunt Geldriæ, Cliviæ, vicinarumque; ditionum Annales unamini consensu omnes, tam impressi Teschenmacheri, Pontani, Schlichrenhorstii, Velpenii aliorumque; quam MS. Cri mei Honfeleriani, vulgo Avendorpienses, atque Essendienses, eo, quem ex iis conquisivimus, atque in adjecta his Tabula descripsimus, Genealogico & successionis ordine.

§. XI.


In illa vero Comitum Teisterbantinorum serie merito suspectum videri potest, quod jure hereditario sibi invicem successisse dicantur, cum e contrario constet, Ducatus & Comitatus a Regibus Francorum Merovingicis non minus quam Carolingicis pro arbitrio ipsorum Ducibus & Comitibus, ne ad vitæ quidem dies semper, nedum hereditario jure, fuisse collatos. GREGORIUS TURONENSIS lib. 6. *Hist.* cap. 45. *Major Domus autem Waddo, qui olim Santonicum rexerat Comitatum. Idem lib. 9. cap. 31. Anno sequenti remotus a Comitatu Palladius arvernium regressus est. Romanus vero Comitatum ambivit. Idem lib. 6. c. 22. Rex igitur persuasis Chilpericus Comitibus fratris sui, novos Comites ordinat & cuncta jubet sibi urbium tributa ferri. Testimonium quoque ejus rei est, quod nomen olim Comiti non a territorio, sed huic e contrario a Comite fuerit datum. Appellabantur enim*

Comi-

TABULA GENEALOGICA

Comitum Teisterbantiae, & ex iis ortorum Comitum Clivia, Marcanorum &c. ad p. 14.

WALTERUS C. Teisterb.



WILLIAMSON, C. J. 1891

BEAVER, T. 1892

1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900

1901
1902
1903
1904
1905
1906
1907
1908
1909
1910

1911
1912
1913
1914
1915
1916
1917
1918
1919
1920

1921
1922
1923
1924
1925
1926
1927
1928
1929
1930
1931
1932
1933
1934
1935
1936
1937
1938
1939
1940
1941
1942
1943
1944
1945
1946
1947
1948
1949
1950
1951
1952
1953
1954
1955
1956
1957
1958
1959
1960
1961
1962
1963
1964
1965
1966
1967
1968
1969
1970
1971
1972
1973
1974
1975
1976
1977
1978
1979
1980
1981
1982
1983
1984
1985
1986
1987
1988
1989
1990
1991
1992
1993
1994
1995
1996
1997
1998
1999
2000
2001
2002
2003
2004
2005
2006
2007
2008
2009
2010
2011
2012
2013
2014
2015
2016
2017
2018
2019
2020
2021
2022
2023
2024
2025
2026
2027
2028
2029
2030
2031
2032
2033
2034
2035
2036
2037
2038
2039
2040
2041
2042
2043
2044
2045
2046
2047
2048
2049
2050
2051
2052
2053
2054
2055
2056
2057
2058
2059
2060
2061
2062
2063
2064
2065
2066
2067
2068
2069
2070
2071
2072
2073
2074
2075
2076
2077
2078
2079
2080
2081
2082
2083
2084
2085
2086
2087
2088
2089
2090
2091
2092
2093
2094
2095
2096
2097
2098
2099
2100



LIBRARIUS

HILDEBRANDUS, Episcopus Tatisf.

ulimus & distinctus Uxor

ANSRID, C. Tatisf.

HENRICUS C. Tatisf.

DIEDERICUS
C. Tatisf.

WILHELMUS
C. Tatisf.

MONASTIUS
C. Tatisf.

BALDWINUS
C. Tatisf.

ADALTA Tatisf. Bo.

Tatisf. U.

LUDOVICUS C.

ALFREDUS DE BRITANNIA & COMIT.

CLAVES prep.

COMITES

ROBERT



Comitatus Bernardi, Thiatmari, Henrici &c., ut pluribus exemplis adductis ostendunt Meibomius in *vindic. Billing.* C. III. p. 14. & Doufa lib. 5. Annal. Duces quoque pro lubitu removebant Reges. Aimoinus lib. 3. Hist. c. 47. *Hos Asclepius officio quondam Ducis functus nocte una omnes interemit.* GREGOR. TURONENSIS lib. 9. c. 7. *Ennodius cum Ducatum urbium Turonica atq; Pictava ministraret adhuc, & Vici Juliensis atq; Benarna urbium principatum accipit. Sed euntibus Comitibus Turonica atq; Pictava urbis ad Regem Childebertum, obtinuerunt, cum a se removeri. Ille vero ubi se remotum de his sensit, ad civitates superius memoratas properat, sed dum in illis commoraretur, mandatum accepit, ut se ab iisdem removeret, & sic accepto otio ad Domum suam reversus privati operis curam gerit.* Vide pluribus ALTESERRAM de Ducibus & Comitibus Lib. I. c. 5.

§. XII.

Etsi vero ita Principes successores in Comitibus, quos vellent, elegerint, Comitum tamen filii, modo ad munus illud obeundum idonei essent, non solebant negligi. REGINO ad A. lbc XXX. *Uto, scribit, Comes obiit, qui permissu Regis, quicquid beneficium, aut praesentiarum habuit, quasi hereditatem inter filios divisit.* Caroli Calvi capitulum apud Miræum in *Anal. Belgicis* A. P77. fol. 403. *Si Comes de Regno obierit, cujus filius nobiscum, filius noster ordinet de his, qui eidem Comiti plus familiares & propinquiores fuerunt, qui cum Ministerialibus ipsius Comitatus, & cum Episcopo, in cujus parochia fuerit ipse Comitatus, ipsum Comitatum provideant, sive regant, usq; dum nobis renun-*

renunciatur, ut filium illius, qui nobiscum erit, de honoribus illius honoremus. HINAMURUS quoq; in Epist. pro institutione Carolomanni Op. T. II. p. 201. *Personas, ait, hominum & mores ac qualitates illorum, per quos, si aliqua, sunt collapsa, restituantur, vestra solertia providebit, quoniam de his; quos tempore Domini HLudovici Imperatoris vidi Palatii Procuratores & Regni praefectos, neminem scio esse superstitem, scio tamen de illorum nobilitate natos pro patribus filios, licet illorum mores ac qualitates ignorem. Ipsi vero procurent, ut non sine moribus ac virtute, atq; pro aetatis quantitate vel temporis qualitate, sapientia & studiis bonis degeneres, quatenus merito patrum loca & officia suppleant.* Atq; hanc gratiam filiis Comitum in inferiori Germania, & Belgio imprimis fecisse videntur Principes, quippe cum in Hollandia, Geldria, Clivia aliisque vicinis Comitibus ex eadem familia Comites sibi invicem jam a tempore Carolingico successisse, istarum ditionum Annales constanter referant; cujus rei forte ratio fuit, ut Comites illas ditiones tanto majori studio defenderent adversus Galliae Reges, qui inde a Carolo Calvi tempore illis perpetuo inhiarunt.

§. XIII.

Quod ad singulos Comites Teisterbantinos attinet, primum quidem *WALTERUM* recentiores scriptores apud *Schlichtenborstium*, lib. 5. c. 60. commemorant, *Vid. supr. Tab. p. 14.* sed antiquae stirpis ultimum, ortum, ut ajunt alii, communi cum Nassovicis Principibus Origine, Nasua videlicet, Suevorum Principe, cujus Caesar meminit lib. 1. de bell. Gall. p. m. 24. atq; inter cujus posteros fuerit *Bratupontus*, avus *Deisterbanti*,

banti, a quibus Comites Teisterbantini descenderint, nomenq; Bratuspantium & Teisterbantinorum acceperint. Sed omnia hæc partim incerta, quippe, nullo subnixâ testimonio idoneo, partim fabulosa sunt, ejusdemq; farinæ cum fictitii Berosi s. Anni Viterbifensis nugis de Gambrevio, Marfo, Vandalo, Suevo &c. Heroibus, atq; Conditoribus Gambreviorum, Marforum, Vandalorum, Suevorum, Germaniæ Gentium,

§. XIV.

THEODORICUM, qui ducta Walteri filia Comitatum Teisterbantia simul impetravit, atq; cum Clivia Comitatu conjunxit, ultimum quoq; Clivia Comitum ex Urfinorum Familia Romana fuisse, hujus autem duos fratres jam diu ante Cæsarem in eas terras venisse, atq; arce Clivia condita, ipsos, ac posteros eorum usq; ad hunc Theodoricum, vicino tractui præfuisse, nonnulli referunt. Quibus fabulis merito rejectis VINANDUS PIGHIUS in *Hercule Prodicio* p. 49. vel ab Orcinio cujus Cicero meminit in oratione pro Cluentio, vel alio ejusdem nominis, sanguinis & familiae, qui cum Julio Cæsare in Galliam Belgicam profectus sit, pristinos Clivia Comites descendisse putat, nulla vero ratione meliori, quippe cum credibile non sit, Francos, ex quo illi Galliam universam occuparunt, Familiae Romanae integras diriones relinquere voluisse. MSCrum meum *Essendiense* ex Principibus Harciniis, unde & Urfinorum familia in Italia originem duxerit, antiquos Clivia Comites derivat, quippe e quibus Berengerus III. metu Francorum in Italiam aufergerit, assumpto nomine Urfinorum, ejus autem filius *Aribertus* a Constante Imperatore Occidentis, in Germaniam

maniam missus, atq; Saxonix Vicarius constitutus, circa sylvam Hercyniam rursus confederit, & non Anhaltinis solum, sed & Clivenfibus Principibus originem dederit. Verum præterquam quod meræ fabulæ sint, quæ de Vicario in Saxonia a Constante Imperatore, constituto dicuntur, cum Saxonia nec in ejus, nec Prædecessorum potestate fuerit, ex ipsa quoq; Principum Ursinorum circa sylvam Hercyniam familia, quam Martinus Milagus *Vindiciis suis Anhaltinis* inferuit, nulla inter ipsos & Clivix Comites propinquitatis ratio apparet, nisi hos a Maria Vitellionis filia, quæ Hollandix Dynastæ Adolpho nupfisse ibi dicitur, derivare velis. TESCHEN-MACHERUS *Annal. Clivia.* p. 103. mavult, pristinos Clivix Comites e Patriis Nobilibus originem suam, duxisse, inter quos Sigiberti & Dagoberti Regum Francorum tempore, Theodoricus noster & Daltho illius vel parens vel cognatus, rebus suis præclare gestis, prior Clivix, posterior Turgovix in Helvetia Comitatum meruerint.

§. XV.

Crediderim potius, Theodoricum illum vel filium vel nepotem fuisse URSIONIS, cujus meminit, *Gregor. Turonensis* l. 6. c. 4. & alibi, tam potentis Ducis in Regno Austrasix tempore Childeberti, ut non tantum, Reginx Brunichildi, sed & Childeberto quoq; sese opponere ausus fuerit. Ita enim de eo *Turonensis* cit. l. *Lupus vero Dux Campanensis cum jam diu a diversis fatigaretur & spoliaretur assidue, & præsertim ab URSTONE & Bertefredo, ad extremum conventionem facta, ut occideretur, commoverunt exercitum contra eum. Quod cernens Brunichildis Regina condolens fidelis sui inscutiones injustas, præcingens se viriliter, inrupit medios hostium cuneos, dicens, Noli te*

te o viri, nolite malum hoc facere, nolite persequi innocentem, *respondit URSIO, Recede a nobis o Mulier, sufficiat Tibi sub viro tenuisse regnum, nunc autem filius Tuus regnat, regnumq; ejus non tua, sed nostra fuitione salvatur. Tu vero recede a nobis, ne te ungulæ equorum nostrorum cum terra confodiant.* Libro quoq; IX. c. 9. idem Auctor refert, quod URSIO conspirationis adversus Regem Childebertum initæ caput extiterit, atq; *tractaverit cum suis, ut, si Rex Childebertus aliquid contra eos agere voluisset, virtute ab ejus exercitu se defensarent.* Oportet ergo Virum magnæ auctoritatis & potentiæ fuisse Ursionem, nec indignum, qui Principibus Clivensibus originem dedisse dicatur. Confirmat me in ea opinione, non solum quod URSIO a Comitatu Cliviæ haud longe remotus fuerit, sed & ita Comitatus ille nec longo nimis tempore & hereditario jure, quod ab illo ævo alienum erat, in una familia hæserit; Deniq; quod ita ratio appareat, cur Annales Clivenses fere omnes, Comites Clivenses ab Ursinis Principibus arcessant, confusis nimirum *Ursionum* cum *Ursinorum* nominibus, quod propter arctam illorum convenientiam facile fieri potuit. Ceterum Annalibus Honselerianis, qui *S. Bertinum* Theodorici fratrem fuisse referunt, ad stipulari non possumus, majoremq; fidem habemus Pagio, qui ad Baronii Annales A. 698. una cum f. Audomaro ex Arnulphi & Ansegisi genere eum ortum fuisse scribit.

§. XVI.

De HELIA GRALIO, qui aliis Elias Grajus & Ælius Gracilis appellatur, mirum, quam fabulenter Pighius in *Herc. Prod.* p. 53, 54. Familiæ iterum Romanæ

næ Æliorum, Æliiq; istius Gracilis, cujus Tacitus An-
 nal. XIII. cap. 53. meminit, Galliae Belgicae Legati, ejus
 originem acceptam refert. *Petrus a Sreithagen* in *Sche-
 matibus suis Geneal.* origine Græcum, atque Eliam, quem
 Theophanes p. 317, 318. T. VII. *Hist. Byzant.* inter cædis
 Justiniani II. *auctores* refert, fuisse existimat, a Theo-
 dosio III. Cliviæ Comitem constitutum, *Teschennache-
 rus* quoque Græcæ originis eum habet p. 182. *Annal.
 Clivia.* Alii e Trojanis eum arcessunt, quo *Stangefoli-
 um* collineare autumo, quando *Annal. Westph.* lib. 2.
 Arnulphi ex filia abnepotem fuisse memorat, Prin-
 cipis, Trojanæ cum ceteris Francis, ut fabulantur, ori-
 ginis. Communi fama creditus fuit egregius He-
 ros, ortus e Paradyso terrestri, qui navicula tracta acy-
 gno catena aurea circa collum ornato, Noviomagum,
 Beatricis sedem, venerit, illamque virginem Cliviæ &
 Teisterbantia heredem ea conditione duxerit in uxo-
 rem, ne in familiam suam inquireret, quod tamen, cum
 uxor post editos tres filios nihilominus coriosius fecis-
 set, disparuerit, ut pluribus referunt *Annales MSCTi
 Honseleriani, Pigbius* lib. cit., *Job, a Leydis* in *Chron Belgico*
 lib. 4. c. 12. *Tescherm.* in *Annal. Cliv.* p. 104. *Petrus a
 Verhagen* de variis illis circa genus hujus Helia sententiis
 ita canit in *Clione Menapia* p. 8.

Sunt, qui me referunt inter geniosq; Deosq;, Pravisq; Elisis me remeasse volunt.
Et feror Elias, Barda, qui castra gubernans, Abstulit ense caput Justiniane tuum.
Meq; suum varii dubio certamine dicunt. Helvetiisq; suum, Romulidaq; suum.
Desine scrutari nostra primordia gentis, Alti quod fuerim sanguinis, acta probant. Ob.

Obscuræ originis, sed egregiæ formæ & virtutis juvenem fuisse existimo, quem navi cygni figura insignita advectum, rebus sub Pipino Heristallo & Carolo Martello adversus Saxones & Frisios præclare gestis de cælo missum dixerint, atq; Cliviæ & Teisterbantia a Carolo Martello præfectum, Beatrix, Theodorici filia, ditissima virgo, maritum sibi cooptaverit, sed cum postea eum propter obscuram familiam contemneret, effecerit, ut is conjuge relicta cum Carolo Martello adversus Saracenos fuerit profectus, nec redierit. Quod vero Teisterbantia Comitatum non hereditate Beatricis, sed beneficio Caroli Martelli ex more istius temporis Eliam accepisse diximus, confirmant *Annales Honseleriani*, qui ita referunt: *Quoniam quidem Helias primus Clivia Comes Carolo Martello in iis gravissimis expeditionibus opem præstiterat, gloriose quoq; sæpe numero ex hoste prostrato trophea reportarat, gratitudinis loco Comitatum Teisterbandia clarissimum a Carolo percepit. Quod additur; sic tamen, quod Trajectensis Ecclesia a se fundata Vasallus esset, & a Spenero quoq; in Hist. Insign. lib. 2. c. 46. asseritur, suspectum mihi est, quod Teisterbandia Comitatus postea demum Diœcesi Trajectensi accesserit. Existimo potius, Eliam hunc, ut & ejus posteros Ecclesiæ Trajectensis Advocatos fuisse, qui circa illa tempora adungi Ecclesiis cœperunt.*

§. XVII.

Helia iidem *Annales*, ut & *Teschenmacherus* p. 184. *MSCrum meum Effendiense*, *Akerlaken* in *Geneal. Ducum Geld. Jul. Cliv.* *Schlichtenhorst* p. 469. tres adscribunt filios, quorum secundo genitus *Godofredus* Comitibus *Lonenibus* s. *Loffenibus* in agro *Leodienfi* originem

ginem dederit; quod vero non convenit cum Pontano, qui lib. 4. *Hist. Dan.* p. 95. Caroluum M. Ogerio cui-dam *Dano Loffæ Comitatum dono dedisse refert*, a quo *Comites Loffenses originem suam repetant*; nisi dicere velis, Godfredi illius familiam jam tempore Caroli M. extinctam fuisse; Conradus vero tertio genitus Hassiæ præfectus fuisse dicitur. Natu vero maximus THEODORICUS patri in utroq; Comitatu successit, de quo *Annales Honseleriani Theodoricus scribunt, Helicæ filius Comes Clivensis & Teisterbandina secundus, annis præfuit 25. Vir Deo & Ecclesiæ devotus, animo constans & Magnus, in bellis astutus, & Victoriosus, egenorum & orphanorum pater, atq; alumnus, totusq; virtuosus, cui obpræclaras animi dotes Carolus Martellus Idelam Hannoniæ Comitissæ filiam, neptem dedit uxorem, ex qua REINOLDUM dedit successorem.* Quæ verba simul videntur innuere, nec Theodoricum, nec ejus filium jure hereditario, sed beneficio Principis in utroq; Comitatu successisse. Reinoldo, qui Isabellam Arduennensem in matrimonio habuit, successit filius LUDOLPHUS, quem alii Leonem alii Lononem etiam appellant, *grandiæm virtutum, ut cit. Annal. eum laudant, dotiumq; Princeps, quarum odore illectus Carolus M. Gallorum Rex plurimum hunc veneratus est, atq; in obeundis Regni negotiis a Consiliis crebro usus est*; Pater ex Adelheida Aquitanica JOHANNIS I. successoris, quem *Lazius de Migrat. Gent. p. 136 ex Ludolphi fratre Leone natum fuisse putat, sed perperam*; habuit enim Reinoldus omnium Annalium consensu unum filium Ludolphum, qui & Leo fuit dictus. Cum vero dialecto inferioris Germaniæ LUIFF appellaretur, alii in Low vel Lew, ejusdem fere soni nomen illam appellationem

nem converterunt, unde postea Leonis & Lononis nomina emerferunt. Ceterum Johannes, quem MSCtum Honfelerianum laudat, ut Principem, *infinita dignum laude, liberalem, clementem, magnificum & virtuosum*, ex Constantia, filia Michaelis Imperatoris orientis, ad quem forte a Carolo M. missus fuit, duos filios reliquit, ROBERTUM & BALDUINUM, mutuos in utroq; Comitatu successores. Quod enim Lazius l. c. p. 136. Robertum Lotharingæ præfectum fuisse scribit, communi iterū Annalium Clivensium consensui adversatur, atq; inde quoq; falsitatis arguitur, quod nullus adhuc Ducatus, Lotharingæ nomine, isto tempore extiterit, quare & suspectum mihi est, quod Carina, Conjux Roberti illius, filia *Ducis Lotharingæ* fuisse dicatur.

§. XVIII.

Balduino in Comitatu Cliviæ successit LUDOVICVS, filius ejus primo genitus, atq; hoc sine liberis defuncto, EVERHARDUS, a quo reliqui Comites Cliviæ descendunt; ROBERTUS vero tertio natus Comitatum Teisterbantiæ in feudum a Comitibus Clivensibus accepit, atq; Comites Teisterbantinos propagavit, pater trium Filiorum, inter quos Comitatus ille ita rursus divisus fuit, ut ROBERTUS tertius filius ditionem Heusdanam, stirps Dynastarum HEUSDANORUM, quos longa serie *Schlichtenborst* p. 61. atq; *Teschenn.* p. 187. recensent; THEODORICUS tractum Altenanum a quo Comites Altenani s. Marciani in Westphalia orti fuerunt; LUDOVICUS vero natus maximus reliqua, titulo Comitis Teisterbantiæ acceperit, pater EVERHARDI, qui in Monasterium abiit, & BALDUINI, qui in Comitatu Teisterbantiæ successit, sed unicam

unicam reliquit filiam, cujus matrimonio cum Waltgero Gerolfi filio, Comitatum Teisterbantiae simul in hujus familiam transfuisse refert *Schlichterborsius* p. 6. Certe WALTGERUM sub Carolo Calvo Imperatore, Teisterbantiae Comitem, atque fratrem fuisse Theodoricum Hollandiae Comitis, testatur CHRON. M. BELGICUM, p. 65. *Iste Theodoricus primus Hollandiae Comes habuit fratrem nomine WALTGERUM, qui erat Comes Teisterbant, commoratus apud Teylam in villa Avezaic dicta. Idem HEDA non solum confirmat, sed & a Carolo Calvo eundem Comitatum traditum ipsi fuisse, refert p. 58. Volunt aliqui cum hoc tempore, puta Hungero Episcopo Comitatum Hollandiae habuisse originem, donante illam jam desolatam incurfione Normannica Carolo Calvo Imp. ad preces Johannis VIII. & Haganonis Viri potentis cuidam nobili Theodorico ex Hildeberga, nepte ejus juniore, filia Ludovici pii Augusti, stirpeq; antiquorum Francorum oriundo, quos a Trojanis descendisse commemorant, quodq; hic Theodoricus minor natu fratrem habuerit WALGERUM sive Weisarium nomine, quem Comitatu Teisterbantiae ab eodem Imperatore praepositum & sedem constituisse in Avefato prope Tbilam, Haganonem vero in oppido Xantensi, quondam Trajani Colonia (quam corrupte jam Trojanam dicunt) habitasse & Provinciis vicinis imperitasse testantur auctore praecipue Johanne Beka. Juxta haec igitur rursus non tam dotis nomine, & jure uxoris, quam solo beneficio Imperatoris Comitatum Teisterbantiae obtinuit Waltgerus. De Hollandiae Comitatu Theodorico simul concessio Johannes de Leydis in Chron. Egmond. c. 6. Anno inquit Domini 863. Carolus dictus Calvus Francorum Rex & postea Romanorum Imperator in Villa Pladella residens, ac Hollandiam omnino denuo depopulatam percipiens ad instantiam*

am

am Comitibus Haganonibus tradidit nobili viro Theodorico fratri Walen-
geri Ecclesiam Hæmundensem, & totam Hollandiam cum magna par-
te Frisie. Hic itaq; Theodoricus primus Comes Hollandie &c. ad-
dito donationis illius diplomate.

§. XIX.

Verum haud leve dubium adversus hæc nobis injicitur,
quod Carolus Calvus nec Teisterbantiæ nec Hollandiæ ditio-
nes unquam possederit, quippe quæ post Ludovici pii obi-
tum divisione Regni Francici Virodunenfi A. 843. Lothario
Imp., illo vero defuncto, ex paterna divisione A. 845. facta
ejus filio Lothario, & post hujus obitum Ludovico Germa-
nico per pacta inter ipsum & Carolum Calvum A. 870. Mar-
inæ ad Mosam inita, obvenerunt, vid. *Annales Bertinianos, Ful-*
denses, Metenses ad annos citatos, *Nithardum* lib. 3. & 4. Tem-
pus vero, quo Carolus Calvus post Lotharii junioris, anno
869. defuncti, excessum Lotharingiæ Regnum occupavit, ac
tenuit usq; ad divisionem modo commemoratam, nimis bre-
ve & turbulentum fuit, quam ut Comitatum istorum cu-
ram habere potuerit: Neq; id quoq; volunt Scriptores ci-
tati. Pluribus, quod ad initium Hollandiæ Comitatus attinet,
illam *Bekæ* aliorumq; sententiam refellunt *DOUSA* lib. 5. *Annal.*
ANT. MATH. de *Nobilit.* lib. 1. c. 11, 29 & 30. Comitatum
ergo Teisterbantiæ pariter non a Carolo Calvo, sed vel a
Lothario juniore, vel Ludovico Germanico Walterum no-
strum impetrasse oportet. Ceterum ejus & fratris Theo-
dorici pater juxta *Bekam* p. 30. & *Buchel.* in not. ibid. *GE-*
ROLFUS fuit, Frisæ Comes, cujus *Annales Metenses* &
Rhegino ad an. 885. meminerunt inter legatos, quos *Go-*
defridus Frisæ Dux ad *Carolus Crassus Cæsar*em misit.
Tanto facilius quoq; & mihi id persuaderem, si verum es-
set, quod *TESCHENMACHERUS*, p. 1830. Gerolphum ip-
sum Teisterbantiæ Comitem fuisse, ejusq; magnam par-
tem ab *Arnulpho* obtinuisse refert. Sed *Rhegino*, quo te-
ste nititur ad a. 889. ejus rei nihil habet. *AUB.* vero *MI-*
RÆI Codicem piar. donat., quem de donatione ista Gerolpho fa-
cta *Ant. Matthæus* citat l. c. 30, inspicere mihi non licuit.
Dubium insuper movet *CHRON. RYTHM. HOLL.* in The-
od.

od r. ubi Gerolfum sine liberis decessisse scribit, & *Job. a Leydis*, qui lib. 6. c. 6. *Hist.* Theodoricum Sigeberti Aquitaniae Comitis filium, atq; ex Regum Merovingicorum familia ortum fuisse commemorat, quod ultimum *Schlichtenbarstius* forte tollere studet, dum Mechtildem Gerolfi conjugem priore marito defuncto, Sigeberto nupfisse refert p. 60. Quis vero Gerolfi pater fuerit, non magis constat.

§. XX.

Sed, ur redeamus, unde digressi fuimus, Walthero memorato filium DIDERICUM atq; Nepotem HENRICUM successisse volunt, patrem ANFRIDI Ultimi Teisterbantiae Comitis, qui Hilsfundem, filiam Comitis *Stryensis*, ut ipsa ait in dipl. apud Aub. *Miræum Dipl. Belg.* p. 49. uxorem habuit, ea vero in cœnobium B. Mariæ in Villa Thoren, teste Heda p. 93. remissa, Trajectensis Episcopus fuit electus. Ita enim de eo scribit *Chron. M. Belgicum* p. 91. *Defuncto Balduino Pontifice Anfridus de Domo Bratuspantia; Comes Lovaniensis vel Hoyensis, qui prius de seculari Comite clericus attonsus erat, ab Ecclesia Trajectensi XVIII. Episcopus Trajectensis electus est, Anno Domini 894. Pontificatus Johannis Pape XVI. anno IX. Iste S. Anfridus inspirante Deo multa prædia patrimonii sui donavit ad usum S. Ecclesie Trajectensis, quæ antea cum imperio possedit in Comitatu Bratuspantium & Teisterbantia apud Tielam; Fuit autem Principalis locus ejus in Dryel apud Boemel, & erat Dominus fere illius Insule: Insuper de Arena apud Woudrgebem; quæ verba partim ex *Beka* partim ex Heda in Anfrido desumpta sunt. Bratuspantia vero nomine Brabantiam intelligo. Ita enim *Annales Leodiensium* ad. A. 988. Clarebat hoc tempore inter Nobiles Francorum Anfridus Comes Hoyensis, qui etiam, cum esset Comes Bratuspantium &c. CHRONICON vero AFFLIGEMENSE de eodem ad a. 990. Anfridus Comes Brachbantorum tam justitia quam potentia famosus. Brabantia videlicet olim Brachbant, Brachbantum, & Brachbantium vocabatur, uti Brabanti, Bratuspantes. Titulum vero istum respectu Comitatus *Stryensis*, quem cum uxore acceperat, eum tulisse credo, quia Comitatus ille in Brabantia situs fuit, atque, teste Aub. *Miræo Dipl. Belg.* p. 51. Montem S. Gertrudis & Bredam, itemq; Baerte in Campania Brabantia, aliâq; vicina loca*

compre-

comprehendit. Potentissimum sane oportet fuisse Comitem, si insuper Hoyensem, Lovaniensem & Dynanensem tractum, tenuit, quod vult Heda, cujus vero testimonium, quia Beka, ad cujus auctoritatem provocat, illarum ditionum nullam facit mentionem, mihi suspectum foret, nisi AUB. MIRÆUS *Cod. donat. piarum* p. 51. diploma referret, quo Otto III. Ecclesiæ Leodensi Comitatum Hoyensem donat, quem Anfridus antea tenuerat. Obiit vero A. MVIII. Comitum Teisterbantæ ultimus, finemque imposuit ipsi quoque Comitatu, Ditionibus, quæ ex illo supererant, penitus distractis, de quo, ut paucis adhuc disseramus, superest.

§. XXI.

Maxima vero ejus Comitatus pars variis tum Imperatorum, tum ipsorum Comitum donationibus Diocesi Trajectensi cecit. *Verum, inquit Heda p. 66. parum est, hæc commemorasse, cum Henrici, Ortones, & subsequentes Reges & Imperatores longe majora contulerunt, nempe adjacentes provincias uberrate glebe, frequentia populi & amplitudine opum & potentia Regno haud cessuras, veluti Comitatus boni Everhardi, Walgeri, TEISTERBANTIE &c. Donarunt nempe eidem Ecclesiæ OTTO I. Monasterium in loco Tiela constructum, cum nova atq; lapidea Civitate, omnibusq; Ecclesiis, prædiis &c. Dipl. v. apud Hedam p. 86. OTTO III. Omnem districtum super villam Bomele, & super cuncta, quæ ad eandem villam pertinent, videlicet publicæ rei subjecta, aliæq; in Comitatu Unrochi & Villa Arclo, Dipl. apud Hedam p. 95. quas donationes confirmavit postea Henricus II. Dipl. ibid, p. 101. CONRADUS II. Comitatum in Teisterbant, quem Unrochi supra diximus, integrum adjecit, Dipl. p. 115, ratamq; habuit illam donationem HENRICUS IV. Diplomate, quod primum edidit *Ant. Matth. de Nobilit.* p. 208. atque existimat, ad eundem quoq; Comitatum pertinuisse Culemburgum, Vianam, & reliqua ad Leccam fluvium. Certe, & has ditiones pervenisse ad Ecclesiam Trajectensem refert Heda p. 244. His ergo donationibus, & præcipue, ex quo Anfridus, quem commemoravimus §. præc. magnam suarum ditionum partem eidem Ecclesiæ donaverat, atque reliqua inter agnatos suos distraxerat, factum fuit, ut Comitatus Teisterbantæ pariter ac titulus ejus, cum*

sine prole relicta is obiret, penitus mox deserint. *Teschenn. p.*
187. MSC. *Essend.*

§. XXII.

Verum cum his aliisq; incrementis Diocesis Trajectensis nimis augetur, atq; Episcopi tot ditionibus regendis pares non essent, factum, ut vicinis Principibus atq; Dynastis multas rursus in feudum dederint, quo jure Duces Brabantiae *Civitatem lapideam in Tiele &c.* cum officio Dapiferi Episcopi Trajectensis; Comites Geldriae *Tielertwert & Bomelertwert* cum officio Venatoris ejusdem Episcopi; Comites vero Clivenses *Woudrechem cum agris, campis, aquis, aquarumq; decursibus & justitiis*, una cum officio Camerarii ejus Ecclesiae tenuisse, patet ex Adelboldi Charta de *Vassis Ecclesiae & Episcopi Traject.* apud Hedam p. III. Vianenses Praefectos quoq; Vassallos eorundem Episcoporum fuisse, ut & Dynastas Cullenburgios ad annum usq; 1281. quo ab illo nexu hinc liberarunt, ex eodem Heda patet p. 224. & 209.

§. XXIII.

Variis postea mutationibus, quibus ditiones antiqui istius Comitatus Teisterbantiae obnoxiae fuerunt, factum tandem fuit, ut ditiones *Heusdana, Vianensis, Altenaensis, Worcumensis* Batavis, *Bomelana & Tielana &c.* Geldris; *Culemburgensis* Comitibus Waldeccensibus subiectae nunc sint; *Burana* vero ex hereditate Arausionensi ad *REGEM PRUSSIAE* quasi postliminio redierit, quippe per Duces Clivenses & Comites Marcanos ex antiquis illis & illustribus Comitibus Teisterbantinis ortum, juxta *Tab. Geneal.* quam pag. 14. adjecimus.

ADDENDA ad §. 8. pos verba Belgica Schlichtenhorstii.

Egregie horum Scriptorum testimonia confirmat Autor *Vitz. S. Suiberti T. II. Script. Brunsvic.* ubi de Suiberto. *Coufertebat*, ait, *sua dulcissima predicatione fere totum Comitatum Teisterbantiae, in quo constructantur Ecclesiae multis in locis, aut templa idolorum consecrabantur in Ecclesias Dei et sanctorum, utpote Ecclesia S. Vincentii Martyris in Zandblyk prope Tielam; in Arkel, in honorem S. Dei Genetricis Virginis Mariae; in Hörteract, in honorem S. Dionysii Areopagite; in Schanreßbord, in Authuesden, in Aelbourch, in Woudighem, in Ghiesen, in Rhysvuyck, in Amkerck, in Erkum, in Avesaet, & in pluribus aliis locis. In qua Ecclesiarum Teisterbandiae descriptione loca maxime remota juxta Leccam sita sunt, nec longe trans Mosam se extendunt.*

F I N I S.

COROLLARIA.

I. Imperium Romano Germanicum semper & omni tempore fuit electivum.

II. Superioritas territorialis Statibus Imperii nulla Capitulatione cum Conrado I. sed sensim acquisita fuit.

III. Archiofficia Aulica Imperii ante Friderici I. tempora non fuerunt hereditaria, atq; Giselbertus Lotharingæ Dux, cum Otto I. coronaretur, Camerarii simul & Comitibus Palatini vices gessit.

IV. Legem, vulgo Regiam, qua populus omnem potestatem a se in Augustum Imp. transfulerit, latam fuisse, pernegamus.

V. Judex in controversiis publicis inter Imperatorem & Status Imperii est Comes Palatinus Rheni, Augustæ vero Imperator; quod tamen exemplo Ottonis III., qui Mariam conjugem suam adulteram & homicidii ream cremari iusserit, male adstruitur, fabulæ; loco illud habemus.

VI. Otto M. Henrico fratri in Imperii successione jure prælatus fuit, licet hic Patri in Regia fortuna esset natus.

VII. Judicium Vehmicum a Carolo M. fuit institutum.

VIII. Fabulæ sunt, quæ de matrimonio Virgineo inter Cunigundam & Henricum Sanctum referuntur.

IX. Imperator invictis etiam Statibus Imperio se abdicare potest; exemplum vero, quod de Henrico Sancto in contrarium affertur, pro fabula habemus.

X. Ta-

X. Tacitus non fuit Procurator Gallia Belgicae.

XI. Testamenta mere sunt Juris civilis.

XII. An Princeps solutus sit legibus? rogati dicemus.

XIII. Rebus omnibus occupatis, successio liberorum, ut & legitima, quæ ipsis relinquenda est, juris sunt Naturalis.



Frankfurt a. d. O., Diss., 1716-18


ULB Halle
005 350 808

3



W018





HISTORI
COMITA
TEISTERB


Quam
PRÆSIDE
JUSTO CHRISTO
DITHMAR

HISTORIARUM ET P
PROFESSORE ORDIN

AD DIEM XI. SEPTEMBRIS

In Auditorio Majori hori
publico Examine exp

DIONYSIUS de K
Eques Pomeranu



FRANCOFURTI CIS VIAD
STANNO TOBLÆ SCHW

